

Enoch Svantenius Matthias Rast

Apolytrsis Jesu Christi Salvatoris Nostri, in secula benedicti, a quibusdam, tum Pontificiorum, tum Calvinianorum erroribus vindicata

Rostochii: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740894021>


Druck Freier  Zugang



RU theol. 19. Aug. 1671

Svantenius, Enoch/a

~~Bast, Matthies~~



ΒΟΥΛΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ

XVII

ΑΠΟΛΥΤΡΩΣΙΣ
JESU CHRISTI
SALVATORIS NO-
STRI,

~~XV~~

45

in secula benedicti, à quibusdam, tum
PONTIFICIORUM, tum CALVI-
NIANORUM erroribus vindicata,

Quam

In illustri ad Varnum Academia, consentiente Am-
plissimâ Facultate Theologicâ,
SUB PRÆSIDIO

VIRI perquam Reverendi & Excellentissimi

D N. ENOCHI
SVANTENII,

D. Theologi, Professoris Ordinarii publici
ad D. Jacobi Ecclesiastæ meritissimi, Dn. Hospitis
ac Præceptoris ætatè colendi, Die XIX.
Mens. Augusti in Auditor. Majori
publicè ventilandam proponet

M. Cornu

MA TTHIAS ~~Kast~~/Bartenst. Pruss.
AUCTOR.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII. Acad. Typogr. 1671.

PPPP. B

4



θεῶν συμπράξαντες.

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.

§. I.



Aud inconcinnè, piis immerſi meditationibus, auſpicamur Diſputationem noſtram, exclamando cum D. Bernhard. lib. de dilig. DEO: *Sitorum me debeo pro me factò, quid ad dam jam pro me reſectò hòs modò: Nec enim tam facile reſectus, quàm factus. In primò opere me mihi dedit, in ſecundò ſe, & mihi ſe dedit, meq; mihi reddidit; Datus ergò & redditus, me, pro me debeo, & bis debeo: Sed quid Domino pro ſe retribuam? Nam, eſi me millies rependere poſſim, quid ſum ad Dominum meum? Ex quibus Divinis ferè, ipſoq; aurò magis aureis verbis affatim intelligimus, quanti ſit æſtimandum inæſtimabile Redemptionis opus, quod ſinè ullò noſtrò meritò, ex ſolà gratià, ac ineffabili noſtri amore æternus Deus eſt aggreſſus. Immenſum verò hoc beneficium, licet tantum ſit, ut nulla lingua, oratio nulla, dignas miſericordi Deo grates rependere poſſit, nihilo tamen minus reperta eſt magna, proh dolor! turba, quam immane ingrati animi cacòethes ità tranſverſam abripuit, ut manibus, quod dicitur, pedibusque in eam ierit ſententiam, quæ præſtantiam beneficii huius imminueret, ejuſq; efficaciam præſcinderet. Ad Redemptionis enim fidem, quæ unica Generis humani ſalus eſt, vel obſcuſcandam, vel penitus ſubvertendam, omnes admovit arietes, omnes inferorum portas laxavit veritatis hoſtis, evocatis indè, & in ſubſidium adhibitis, Ebione, Cerinthò, Carpocrate, Theodotiò Byzantinò, Paulò Samofatenò, Ariò, Photinò, Marcione, Eutyche, Apollinari, Neſtorio,*

A 2

Socinò;

Socinò ; Ut alios silentio præteream , qui vel veram Redemptoris nostri Divinitatem , vel humanitatem ejusdem impugnarunt.

§ II. Ast , quam frivola & impia hominum horum fuerint conamina , facile patebit , si modò attendatur , eos eò impietatis processisse , ut & in Deum , & proximum suum maximè injurii evaserint. Hæc ut clarius patefiant , Dissertationem hanc Theologicam DE OPERE REDEMPTIONIS FACTO per Christum θεάνθρωπον , in nos suscepimus. In quâ , Duce ipsò Redemptore nostro , ejusque lumine , λύχνῳ sc. illò ἐν ἀσχηρῶ (τῶν ἡμῶν καρδιῶν) τόπῳ φαίνονται 2. Petr. I. v. 19. Scripturâ S. comite , in Mysterii hujus , ipsi Dei voluntati conformem , nos , quantum per Dei gratiam licebit , insinuabimus cognitionem. Ne verò in amplâ abstrusissimæ materiæ cognoscendæ silvâ errabundi vagari , moreque Andabatarum dimicare videamur , certos , quibus nostra definiri debet ἀξίοσκεψις , circumscribimus nobis cancellos quod quam commodissimè fiet , si HETERODOXIA refutata , ORTHODOXIAM sententiæ nostræ adstruamus.

§. III. Id verò antequam aggrediamur , non prorsus abs re facturos nos autumo , si initiò statim naturam Vocab. REDEMPTIONIS , utpotè circà cujus considerationem maximè occupata erit Disputatio hæc nostra , paulò pressius investigaveimus. Cum enim vero sit verius τὴν τῶν ὀνομάτων χρῆσιν ἀρξάμεθα , καὶ τῶν πραγμάτων ἐπιπλεῖν γινώσκιν ; Conturbatum Nominam usum , & rerum ipsarum cognitionem conturbare , test. Galen. lib. 3 Simpl. c. 13. & lib. 1. de Met. c. 2. 3. Sine Nominis explicatione velle Rem cognoscere , nihil sit aliud , quam tempus velle perdere ; rectè cum Epictetò ἀρχὴν τῆς παιδείας τὴν τῶν ὀνομάτων σκέψιν , initium doctrinæ Nominum considerationem facimus. Et priusquam principem Disputationis nostræ scopum aggrediamur , accuratiorem Vocab. REDEMPTIONIS contemplationē , (quæ Etymologiâ , Homonymiâ & Synonymiâ absolvetur) quantum fieri poterit , brevissimis expediemus , ut eò certius tutiusque pedem figere in progressu nobis concedatur.

ETYMOLOGIÃ.

§. IV. Etymon Redemptionis quod attinet , descendit illud à REDIMO , cujus verbi compositio indicat , propriè eò significari
itera-

iteratam expositō pretiō emptionem ejus, quod antè à me in alterius potestatem aliquā ratione transivit. Græci eleganti voce dicunt λύτρωσιν seu ἀπολύτρωσιν, à Verbo λύεσθ, quod est captivum, catenis vincitum, vinculis solutis, liberum dimittere; A quō ipsō verbō derivatur quoque nomen λύτρον, Solutorium, seu præmium, quod pro solvendo aut liberando aliquem ex vinculis datur. Sicut præmium pro docendo, διδάκτρον, pro evehendo & invehendo merces in portum, Portorium; in portam, Portarium, pro spectandis Comœdiis, Lucar appellatur. Anthon. Thysius Rom. illustrat. p. m. 252. Flac. Illyr. part. 1. Clav. Script. in V. Redemptor. Musculus in L. C. de Redempt. Neque minus eleganter Hebræis venit nomine לַוְיָהוּא, à Rad. לָוָה, rem aut personam venditam redemit, captam liberavit, interemptam vindicavit aut ultus fuit. Hinc descendit nomen לַוְיָהוּא Redemptor, Liberator, per Metalepsin Propinquus, cognatus, quem fratris aut proximi cognati res venditas redimere, eundem captivum, liberare, ac interfectum vindicare vel ulcisci oportebat. Proinde, doctibus Philologis, vox לַוְיָהוּא Redemptio seu jus redimendi non nudam & simplicem Redemptionem, sed quandam quasi obligationem ad redimendum, ex consanguinitate ortam, includit, Consul. Schindler. Lexic.

H O M O N Y M I A.

§. V. Ut etiam de veritate hujus Articuli ex asse nobis constet, evolvenda erit Æquivocatio seu significationum varietas, quam verbum REDEMPTIONIS in Sacris obtinere deprehenditur. Interdum enim denotat (α) ipsam liberationis actionem. (β) jus & potestatem liberandi aliquem; quæ prima & secunda acceptio legitur Exod. XXII. 30. (γ) per Metonym. Causæ significat ipsum pretium, quō fit Redemptio, quō captus acquiritur & liberatur. Matth. XX. 28. Marc. X. 45. 1. Tim. II. 6. (δ) sumitur pro liberatione jam effectâ partâq; Luc. I. 68 (ε) pro Redemptione temporariâ seu liberatione ab aliquâ magnâ calamitate & ipsâ morte. Luc. XXI. 28. Rom. VIII. 23. Hebr. XI. 35. (ζ) pro mercede, quam capit Judex, ut fontes absolvat. Amos V. 12. Numer. XXXV. 31. 32. 1. Sam. XII. 3. juxtâ, Vers. Imman. Tremell. & Franc Junii (η).

Maximè improprie capitur in locò Paulinò Eph. V. 16. pro Redemptione temporis, ubi redimere tempus, idem est, atq; tempestivè in nostram potestatem redigere, & eò religiosè salutariterque uti; sicut ea, quæ emimus, nostra facimus, & nobis utilia. Conf. Petr: Ravanellus Uticens. in Biblioth. Sacr. part. 2. p. m. 433. Flacc: Illyr. loc. supr. cit. H. L. Redemptio accipitur Spiritualiter, & communiter à Nostratibus Theologis vocatur Redemptio Naturæ, describiturque *quod sit Opus, quò Christus θεάνθρωπος & universos homines, æternis, carceribus, ob defectum à Conditore suo, mancipatos, igniq; infernali destinatos, pretiosissimò suo sanguine totaliter redemit ac liberavit, ut hòc modò libertati restituti, Christo Redemptori suo in perpetuà justitià & sanctitate servirent, vitæq; æternæ heredes redderentur.*

S T N O N Y M I A.

§ VI. Variæ Redemptionis in N. T. reperiuntur appellationes. Luc. I. 28. Hebr. IX. 12. vocatur λύτρωσις I. Cor. I. 30. Eph. I. 7. & 14. διὰ λύτρωσις. 2. Pet. II. 1. Apoc. V. 9. dicitur ἀγόρευσις item ἑξαγορασμός Galat. III. 13. cap. VI. 5. ἐλπίρωσις Joh. VIII. 36. Rom. VIII. 2. ἀντιλύτρωσις 1. Tim. II. 6. Theologis Nostratibus dici aliàs sive it̃ ἰλασμός propitiatio seu officium propitiationis ex 1. Joh. II. 2. Officium Salvationis 1. Tim. I. 15. officium Mediatorium 1. Tim. II. 5. item, officium Satisfactionis; quæ vox, quamvis in Codice S. κ̃ τὸ γράμμα καὶ ἀντιλεξεί non extet, extat nihilominus κ̃ τὴν διάνοιαν. Vid. Chemnit. lib. de D. C. N. c. 17. p. 86. seqq. à B. Hutterò in L. C p. 446 seqq. ut & Georg. Calixtò appellatur in Epitom. Theol. p. 103. Redemptionis ac Mediationis opus. Item Redemptionis & propitiationis Meritum.

MEMBRUM PRIMUM.

In quò præcipui quidam PONTIFICIORUM
errores circà REDEMPTIONIS Arti-
culum refutantur.

§ VII. Quamvis Pontificii, ut in omnibus ferè, ità cumprimis in præfenti doctrinà de opere Redemptionis per Christum factò, cr-

ctò, erroneas suas opiniones, ne indoctiores & rudiòres sub initium statim eas adverterent, singulari calliditate occultare, nec non coloratis hypocriticeas palliolis obvelare, velis, quod ajunt, remisque contenderint; in quem solum finem verba ista habentur in Concil. Trid. Sefs. 6. c. 7. *Meritoria causa est dilectissimus Dei unigenitus, Dominus noster Jesus Christus, qui, cum esemus inimici, per nimiam charitatem, quã dilexii nos, suã sanctissimã passione in ligno crucis nobis justificationem meruit.* Et Bellarm. l. 1. de justif. c. 2. *Causa efficiens justificationis, per modum meriti, est Christi passio.* Nihilo tamen minus, si assertiones ipsorum circa Articulum de Redemptione, perspicaciori mentis oculò (omni remotò peristromate) lustremus, tantis erroribus reperiemus refertas, ut, stantibus illis, Meritum Christi sartum tectum permanere haudquaquam possit.

§. VIII. Expressissima sunt verba Bellarm. quæ habet lib. 3. de Incarnat. c. 2. *Filius Dei non verè, sed humana tantum ejus natura passa est, & hæc omnia probari possunt testimoniis Scripturarum & Patrum.* Et lib. 5. de Christò Mediat. c. 3. circa med. *Christus non est Mediator secundum naturam Divinam, sed tantum humanam, secundum quam Christus à Deo distinguitur.* Quis, quæsdò, hic non miretur abominandam hominis impudentiam, quã non solum novum aliquod falsissimumquè dogma adstruere, verum id ipsum quoque Scripturæ & Patrum testimoniis se confirmaturum, promittere audeat, cum tamen unanimis consensus orthodoxæ Ecclesiæ (quæ multis annis cum Symbolò Apostolicò testatur, Filium Dei in carne passum, totamque hypostasin ex duabus & in duabus naturis ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀναλλοιώτως καὶ ἀδιαίρετως constanter agere. Damascenus lib. 3. c. 3. de orthod. fid. Vid. quoque Concil. Chalcedon. contra Eutychen. Secul. V. naturas in Christò duas impugnantem) diversum planè asseveret. Verùm hæc sententia suã spontè cadet, si demonstraverimus, Bellarminum neque in S. Scripturâ, neque in Patrum Scriptis patrociniū ullum frivola suæ opinioni reperire. Clarissima enim sunt Scripturarum oracula, quæ tantum abest, ut Jesuitæ patrocinentur, ut eum potius unã cum omnibus suis argutiis de ponte dejiciant. Nam quid respondebit ad hæc? *Deus propriò sanguine suo sibi acquisivit Ecclesiam.* Act.

XX. 28. Dominus gloria crucifixus 1. Tom II. 2. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. 2. Cor. V. 19. ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς interfectus Act. III. 15. Sanguis Jesu Christi Filii Dei emundat nos ab omni peccatō 1. Joh I. 7. Deus misit Filium suum, ut eos, qui sub Lege essent, redimeret. Gal. IV. 4. Reconciliati sumus Deo per mortem Filii ipsius. Rom. V. 10. Num & hæc Scripturæ testimonia pro sententiâ suâ stare, affirmabit? Absolum.

§. IX. Deindè, multas quidem operosè corradit Patrum sententias Bellarminus, sed ignorasse non debebat qui tantoperè ostentatione lectionis Ecclesiasticæ Antiquitatis sibi placet, egregia illa Augustini, Patrum ingeniosissimi effata apprimè huc facere: *Quicquid,* inquit lib. 1. de Gen. ad lit. C. ult. *Sapientes de naturâ rerum veracibus documentis demonstrare potuerint, ostendamus nostris literis non esse contrarium; quicquid autem de quibuslibet suis voluminibus his nostris literis, i. e. Catholicæ fidei, contrarium protulerint, aut aliquâ etiam facultate ostendamus, aut nullâ dubitatione credamus esse falsissimum.* Et vicissim lib. 2. contr. Crescent. Grammat. c. 32. Tom. 7. Col. 241. A. *Literas Cypriani non ut Canonicas habeo, sed eas ex Canonicis considero. Et quod in eis Divinarum Scripturarum auctoritati congruit cum laude ejus accipio; quod autem non congruit, cum pace ejus respuo.* Ponderent hæc Adversarii, & nouerint (α) Eatenus Petres admittendos, quatenus cum Scripturâ consentiunt, quatenus verò dissentiunt, tanquam homines erroris filios, rejiciendos (β) In lectione Patrum non esse incuriosè festinandum tanquam gallus gallinaceus per prunas, aut ut canis è Nilò bibit, sed presfis vestigiis insistendum, accurateque perpendendum, quid præcipuè intendant, & quomodo se ipsos in sequentibus plerumque explicent. Ingens namque commodum in Scripturâ tam Sacrà, quam in Scriptis Doctorum obtinet, antecedentium cum consequentibus diligens collatio.

§. X. Tum, si vel maximò Patrum comitatu stipatus Jesuita in arenam descendat, Herculi tamen huic Achillem objicimus, Patres Patribus opponendo. Sic enim Epiphani. l. 3. Tom. 2. *ἡ Διμοιρῆ των: Patiente carne, non divisa vel separata erat Divinitas & humanitas, sed οὐνῶν, unà erat divinitas & humanitas, cum in cruce passus est Christus carne, Deitas vero impassibilis manebat, ut justificationem*

zationem non in carne solum haberemus, sed in Divinitate & carne
καὶ ἀμφότεν, secundum utramque naturam. Athanas. quoque Dia-
 log: 4. de Trinit. λόγον, asserit, esse passum ἔ Φύσει, h. e. naturā
 Deitatis, sed τῆς ἐνώσεως οἰκονομία, dispensatione Unionis. Epiphani:
 in Ancoratō: Τὸ πᾶν τῆς σαρκὸς ὑπὸ τῆς θεότητος Φορε-
 μένης ἐλογίσθη εἰς τὴν θεότητα, ἵνα ἐν τῇ θεότητι ἡμῶν ἡ σωτηρία
 γένηται. h. e. Passio carnis, quæ à Divinitate gestabatur, ipsi Divinitati
 reputata est, ut in Divinitate salus nostra sit. August. lib. 10. Confess.
 c. 42. Mediatorem, ait, inter Deum & homines, oportebat habere aliquid
 simile Deo, ac aliquid simile hominibus; in utroque hominibus similis,
 longè esset à DEO, & utroque DEO similis, longè esset ab hominibus. Ans-
 helm: lib. Cur Deus homo. Satisfactionem facere non potest, nisi sit
 verus Deus; nec debet, nisi verus sit homo: si homo tantum est, non
 faciet, quia non poterit; si Deus tantum, non faciet, quia non debebit.
 Multa hæc de re venerandæ Antiquitatis testimonia habent Chem-
 nit. lib. de D. N. & Conrad. Hornejus Disp. Theol: sect: 4. Disp. I.
 §. 146. seqq: Ex quibus colligi potest, secundum orthodoxum illum
 Canonem: Nomina officii (& sic Redemptionis quoque) compete-
 re christo secundum utramque naturam. Juxta Regulam Concil. Chal-
 cæd: Utramque naturam in Christo agere cum communicatione alterius,
 quod cuiusque proprium est.

§. XI. Videns igitur Bellarminus, rationes suas aded esse
 infirmas, ut etiã non admotò ariete per se collabi necessum ha-
 beant, distinguit porrò inter Principium QUOD & QUO, sta-
 tuens, principium QUOD operabatur opera Redemptionis, non fuisse
 Deum solum, vel hominem solum, sed utrumque simul, h. e. verbum
 incarnatum: Principium autem QUO illa opera à Redemptore fiebant,
 fuisse naturam humanam, non divinam, lib. 5. de Christo cap. 1. circa
 fin. Verùm respondemus cum Gerhard: Loc. de person. & offic.
 Christi cap. 8. n. 170. Inutiles has speculationes Scholasticas non medio-
 critè obscurare magnitudinem summi & admirabilis istius beneficii, quod
 ipse Dei filius propter nos homines & nostram salutem descendit de cœ-
 lu, & homo factus est, ut esset noster Mediator & Salvator. Deindè,
 multis ex fundamentis doceri potest, nullò modò distinctionem
 Jesuitæ admitti posse, quod probamus (1) à Causâ finali, quare ni-
 mirum Christus Deus esse debuerit, sc. ut per mortem Filii Dei reconcilia-

B

re

remur Deo, Rom. V. 10. ut sanguis ipſius nos mundaret à peccatò. Joh. I. 7. æternam nobis juſtitiam acquireret Dan. IX. 24. per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium i. e. Diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſervituti. Hebr. II. 14. 15. Conf. Joh. I. 29. I. Joh. III. 8. Ex quibus ſic concludo: Reconciliare nos Deo, mundare à peccatò, æternam nobis acquirere, juſtitiam, deſtruire Diabolum, ac opera ipſius, ſolum aliquod λύτρον finitum non poteſt. Atqui humanæ naturæ λύτρον per ſe & extrà unionem perſonalem conſideratum, eſt finitum. Ergo. (2) à deſcriptione ſummi noſtri Sacerdotis Hebr. IV. 14. 15. c. VII. 3. (3) ab ipſà Scripturâ, quæ Chriſtum Redemptorem noſtrum eſſe ſecundum Divinam quoque naturam, pluribus in locis expreſſè affirmat. Vid. §. 9.

§. XII. Et, quò porrò falſitas ſententiæ Pontificiæ clarius pateſcat, quæro (α) ex Jeſuità: Principium illud QUO, fueritne vel ſeorſim altera, vel conjunctim utraqùe natura? Reſpondere non poteſt, Divinam fuiſſe ſeorſim, cum & cauſæ finales Unionis contrarium oſtendant, & Adverſarii ipſi lubentes id largiantur; Erit igitur humana ſeorſim. Sed opera Chriſti omnem creaturæ conditionem excedentia reclamant, & ipſa natura humana, ut nunquam ſeorſim extitit, ità nunquam ſecundùm hanc vel illam naturam perſona Chriſti διηρημένως ſeorſim egit. Inſalubriter itaqùe ſequitur, utramque naturam conjunctim ἡρομένως, Redemptionis opus perfeciſſe. (β) Poſitò, humanam naturam ſolam eſſe principium QUO operatus eſt opera Redemptionis Chriſtus, nonne concedere opus habebit pars adverſa, aut antè ἐνανθρώπησιν extitiſſe θεάνθρωπον, proq; lapſis hominibus ſatiſfecerit, aut rigorem juſtitiae Divinae ſinè ſatiſfactione fuiſſe placatum. Quod conſequens, quoniam abſurdum, abſurdum quoque erit Antecedens. (γ) Nullum, quod in ſe eſt finitum, infiniti effectus cauſa eſſe poteſt; Concedunt id ἀμφοῖν, quod ajunt, Adverſarii, communicationem Idiomatum in perſonâ Chriſti negantes, ejuſq; humanitatem in puris naturalibus proprietatibus relinquentes. Vid. Becan. in Manual. Controv. lib: 2. c. 1. Jam verò humanam naturam in ſe eſſe finitam, quis negabit? Quæ proindè ſatiſfacere infinitæ Dei juſtitiae & iræ non potuit, totaque illa ſatiſfactio, quâ redemptos nos credimus, nulla erit, ſicquè ſtatuendum,

nos

nos adhuc esse sub peccati, mortis ac Diaboli dominio, opus Redemptionis non esse perfectum ac consummatum; Redemptionem esse opus merè humanum, Ecclesiam in V. T. nullum habuisse Mediatorem & Redemptorem. Quæ omnia, cum non falsa modò, sed & blasphema horrendaq; sint, nullò modò sentiendum (verba sunt Chernitii lib. de D. N. c. 17. p. m. 88. Col. 2.) *Divinam naturam & λόγος prorsus otiosam fuisse in officio Redemptionis, personam operante Redemptionem in solâ humanâ naturâ. itâ enim virtus & honor Redemptionis Divinæ naturæ detraberetur, & ad solam humanam naturam transfereretur, atque itâ, sicut Epiphanius inquit, incideremus in iudicium illud, de quo Jeremias inquit; Maledictus, qui ponit carnem brachium suum. Nec satis solida & firma esset nostra Redemptio, si solû naturæ humanæ operationibus niteretur &c. &c. Divina enim Filii Dei virtus, sicut Cyprianus inquit, velut hamus quidam erat, habitu humane carnis obiectus, ut à serpente Leviathan devoratus, per illam passionis & mortis sue infirmitatem caperet & superaret sortem illum armatum. Hactenus ille. Verissimum itaque est, quod scripsit August. Hom. de Ovib. c. 12. T. 9. Col. 1088. Non mediator homo præter Deitatem, non mediator Deus præter humanitatem. Divinitas sinè humanitate non est Mediatrix, humanitas sinè Divinitate non est Mediatrix, sed inter Divinitatem solam, & humanitatem solam, Mediatrix est humana Divinitas, & Divina humanitas Christi. Et B. Lutherus in cap. 2. ad Galat: In hamum Diabolus impegit, sed hamus vicit & devoravit Diabolum, qui volebat devorare vermiculum, itaque sola humanitas hic nihil effecisset. Sed Divinitas humanitati conjuncta sola facit, & humanitas propter Divinitatem; ac in Confess. Maj. Si persuaderi mihi patiar, ut credam, solam humanam naturam pro me passam esse, profectò, Christus mihi non magni pretii Salvator erit, quippè qui ipse tandem Salvatore egeat. Conf. Chernit: lib. de D. N. c. 17. p. 88. Gerhard. Tom: 1. Loc: de person: & offic: Christic. 8. §. 171. seqq. Meisner: Antrop: Disp: XXIV. quæst: 1. §. 68. Giessens. Disp. 3. Tom. 1. §. 105. 106. 119. 131. 132. Disp. 8. §. 69. Disp: 13. §. 13. seqq: Eccard. Fascic. Controv. c. 3. qv: 17. Quibus adde ex Calvinianis Muscul: in L. C. de Redempt: p. 153. Bened. Aretium Loc: 13. p. m. 78. Rivet: Tom. 2. Disp: 13. de Satisfact: §. 13. ¶ 4.*

§. XIII. Nec quicquam promovet Bellarminus, cum ait, ad id sufficere, quod Suppositum, seu principium QUOD, sit Deus & ho-

mo. Nō enim controvertimur de personā Christi, an sc. duabus naturis constet, sed de personæ illius officio & operibus, undè nimirum infinita illa sit virtus & efficacia passionis Christi, quod sufficiens & æquivalens λύτρον sit, pro peccatis universi mundi. Ubi sanctè tenendum, Divinam naturam humanæ Redemptoris nostri, non per nudam & otiosam ἁγιασµὸν adfuisse, sed quoquè infinitam vim & pondus totius ejus obedientiæ, passioni & morti conciliasse, sicque sufficiens pro totius generis humani peccatis extitisse λύτρον.

§. XIV. Ex hōc errore, tanquam fœcundō agrō, enascuntur alii non minores. Nam si Christus non ut θεῶν ἄνθρωπος, sed ut homo tantūm Redemptor noster est, utique pro peccatis satisfacere, non jam soli Christo proprium, sed cum aliis justis hominibus ipsi cōmune erit. Quod intendunt Pontificii, dum passim in scriptis suis, omni fronte posita, asserunt, (1) Christum à peccati quidem culpā nos redemisse, non verò à peccati poenā, seu, quod idem est: Christum quidem satisfacisse pro peccati culpa, non verò pro omni peccati poenā, pro quā nobis satisfaciendum Deo, vel in hac, vel in alterā vitā, scil. purgatoriō. Sic statuit. Concil. Trid: sess: 14. Can: 12. de Pœnit: Sacram: c. 8. & ex eō Bellarm. l. 1. de Purgat: cap: 10. & lib: 3. de Pœnitent: cap: 15. (2) Christum non pro actuali, verūm originali tantūm peccatō λύτρον sufficiens persolvisse. In quam sententiam, Thomam, Bonaventuram, Guil. Alstifoderensē, Ambrosium Catharinum, Andreā Vegam, & Ruardum Tapperum citat B. Dn. Gerhard. Tom: 3. L. C. loc. de Pœnit: Sect: 3. §. 118. Et quæ his gemella sunt, originemq; debent (3) Merito Christi partim Sanctorum merita, partim opera nostra esse adjungenda. Quod ipsum comprobant suffragia eorum, consensu consonō attestantia: nos ad Mediatores sanctos, eorumque auxilia confugere debere, ac debitā veneratione eos semper venerari, ut salvemur eorum merito. Gabriel Biel. lect: 29. in Can: Miss: Omnia merita à meritō Christi efficaciam suam trahere, promerendī remissionem peccatorum, adoptionem, salutem & vitam æternam. Thom: lib: 2. distinct: 27. sect: 7. Unde Concil: Trid. sess: 6. c. 7. concludit: Unumquemque secundūm suam mensuram, justitiam in se recipere, quam Spiritus S. partitur singulis, prout vult, secundūm propriam cuiusq; dispositionem & cooperationem. Et Bellar-

Bellarminus non veretur afferere lib. I de Indulg: c. 4. *Non absurdum esse, sanctos etiam vocare Redemptores.* Præter hæc Sanctorum opera, propria insuper requirunt, quemadmodum contendit Keifer-
 sperg. in Conc. de ascens. Christi cit: B. Hutter. in L. Theol. p. 447. Col. B. *Sicut Christus propriâ virtute, h. e. propriâ meritò ascendit in cælos, sic quemque propriò suò meritò ascendere oportet. Nam meritum Christi non est causa totalis nostræ salutis: Du must dein Steur und Hülf auch dazu thun: Necessè est, ut de tuò etiam aliquid addas.* Petrus quoque de Palud: in 4 sent. dist: 20. quæst. 1. *Pro parvulus, ait, sufficit Meritum Christi, quia non possunt mereri, sed adultus non sufficit meritum Christi cum Baptismò, sed tenentur addere Meritum proprium.*

§. XV. Ast, quid mirum, Pontificios tantò conamine pro efficacità, satisfactione, perfectione &c. suorum operum digladiari, cum animadvertant, præcipuos regni sui nervos in iis esse fundatos; Interim tamen fit, ut eò ipsò, dum, quem suis operibus tribuunt valorem, merito Christi absolutissimo ac perfectissimo detrahant, & non sinè grandi impietate imperfectionis illud incusent, siquidem, quantum opellis nostris adscribitur, tantum Christo adimitur, qui tamen expressè apud Esa. LXIII. 3. פורה ררכתי לכרי ומעמי אן איש אתי Torcular, inquit, calcavi solus, & de populis non Vir mecum. Sed abundè eos refutari posse credimus, si quàm plurima Scripturæ testimonia, contrarium infinitis in locis docentia, illis objiciantur. Primum itaque Adversariorum assertum quod concernit, manifestè cum Scripturæ veritate pugnat, ut, quæ testatur: *Christum nos redemisse ab omni iniquitate.* Tit. II. 14. *à maledictione legis.* Gal. III. 13. *à potestate Satanæ.* Hebr. II. 14. *ab ira venturâ* 1. Thes. I. 10. *à morte.* Ose. XIII. 14. 1. Cor. XV. 54. *ab infernò & æternâ damnatione.* Rom. VIII. 1. Ex quibus sic infero: Atqui Maledictio legis, potestas Satanæ, ira ventura, Mors, infernus, sunt pænæ peccati Ergo qui nos redemit à maledictione legis, potestate Satanæ &c. ille nos quoque redemit à peccati pænis. Quid, quod ipsa ratio dicitur, pænam esse propter culpam, & crescente culpâ, crescere pænam; decrecente culpâ, pænam decrecere. Expirante itaq; culpâ, pænna ipsa quoq; expirabit. secundum evertunt Dicta Scripturæ,

quæ (α) de peccatis, pro quibus Christus satisfecit, indefinite loquuntur: uti Joh. I. 29. Esa: LIII. 5. 1. Petr. II. 24. Jam fatetur ipse Bellarm. lib. 3. de pœnit. c. 4. *Scripturam cum absolute loquitur de peccatis, non de quibusdam, sed de omnibus intelligi solere, & debere.*

(β) Quæ universaliter satisfactionem Christi describunt, ut, Esa. LIII. 6. & 12. Tit. II. 14. ubi Christum $\delta\alpha\tau\acute{o}$ $\pi\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$ $\alpha\nu\omicron\pi\iota\epsilon\iota\varsigma$, I. Joh. I. 7. $\delta\alpha\tau\acute{o}$ $\pi\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$ $\alpha\nu\omicron\pi\iota\epsilon\iota\varsigma$ nos redemisse & emundasse legimus. (γ) Quæ certas peccatorum actualium species notant, à quorum reatu per Christum redempti sumus, Ut I. Cor. VI. 11. *Hæc eratis quondam, scilicet: Scortatores, adulteri, avari ebriosi, maledici: sed abluti estis, sanctificati estis, justificati estis per nomen Domini Jesu* add. Hebr. IX. 14. 1. Petr: I. 18. Firmum itaque & fixum perstat, Christum non pro aliquibus tantum, sed omnibus cum originalibus, tum actualibus peccatis satisfecisse, neque soli delictorum nostrorum culpæ, verum etiam pœnis conciliasse veniam. Quò collimat versiculus ille, in veteribus Canonibus & Glossis recitatus.

*Larga Dei pietas veniam non dimidiabit,
aut nihil, aut totum, te lachrymante, dabit.*

Vid. Chemnit: *Exam. C. T. Part: 3. cap. 5. de Purgat: p. m. 126. & part. 4. de Indulg: cap: 2.* Hutterus *L. C. Articul: 13. p. 447.* Gerhard. *Tom. 3. L. C. de Pœnit: sect: 3. §. 118. & seqq: Graverus in A. C. Articul: de Pers. Christ. p. 413. Tertio opponi possunt Rom. III. 24. 2. Tim. I. 9. Rom. XI. 6. Eph: II. 8. &c. quæ omnia loca manifestè evincunt, Deum præter omne nostrum meritum per Filium suum plenariè nos redemisse. Quid? si nos etiam pro aliquò satisfacere possemus peccatò, non solus Christus, sed nos etiam essemus pro aliquò peccatò propitiatio: Non in solò Christi nomine, sed in nostrò etiam esset salus. At consequens est absurdò absurdus Esa: XLIII. 4. 5. I. Joh. II. 2. Act: IV. 12. Antecedens ergò pessum ire, ecquis non videt? Hic non possum, quin pulcherrima illa Augustini verba in Psalm: 144. T. 8. Col. 1671. transcribam: *Ubi audis gratiam, intellige gratis. Si ergò gratis, nihil tu attulisti, nihil meruisti. Nam si meritis aliquid redditum est, merces est, non gratia.* Petro de Palude in os contradicit idem August: in Epist: 89. ad Hilar: scribens, *Christi gratia non solum illud delictum solvit, quò obstringuntur infantes ex Adam procreati, sed etiam multa delicta, quæ, cum creverint homines addunt**

addunt malis moribus suis. Consultius itaque facerent, si cum Casandrò, homine aliàs Pontificiò, ex Consult: Artic: de B. O. fiduciam remissionis peccatorum, & eorum, quæ post regenerationem admittuntur, & spem veniæ ac vitæ æternæ in solâ Dei misericordiâ & meritò collocarent.

§. XVI. *secundus*, qui ex hõc fonte scaturit *Error*, est, quod asserant, valorem Redemptionis non in infinitâ Meriti Christi efficacîâ consistere, sed in acceptatione misericordiæ Divinæ, quâ Deus passionem Redemptoris ex tantò amore proveniente, ratam & acceptam habuit; ità censent *Durandus*, *Biel*, *Vasquez*, *Rada*, *Tapperus*, *Albergon*, quos præter *Calovium Disp:io. controvers: Sect. 2. Thes: u adducit B. Hulseman: in breviariò Theolog: c. 7. th. 4.* Verùm respondemus, Adversarios niti falsâ hypothesi, dum Christum secundùm solam humanam naturam Redemptionis opus per fecisse præsupponunt, cujus contrarium, cum superius luculenter sit demonstratum, eò benevolum Lectorem remittimus.

§. XVII. *Tertius est*, Christum in passione iram Dei, infernique dolores non sensisse. *Nova*, scribit Bellarm. lib. 4. de animâ Christi cap. 8. & *inaudita impietas est, dicere, quod Christus passus sit dolores inferni.* Et Forerius in bellò Ubiquitisticò, p. 239. inquit: *Hæc tam blasphema sunt, ut nec Diabolus possit aliquid horribilius eruclare.* Nos rectius ab ὑγιανότων λόγων ἰσοτυπίσει ne latum unguem recedentes, affirmativam tuemur cum B. Gerhard: in *Harm: Evang c. 122. & 202. & in Conf: Cathol: lib. 2. Art. 2. c. 3. Tom: 1. Loc: Theol: de person: Christi cap. 8. §. 185.* *Eccard: in pandect: cap: 3. qv: 20. Dorfsch: Theol: Zachar: part. 1. c. 8. num: 165. seqq: & cap. 9. num: 167. seqq: Feurborn: lib: 2. Dissert: Theol: Disp: 1. Thes: 83. Giesfens: part: 1. Disp: 13. §. 21. seqq: nec non aliis, non inferioris commatis Theologis, Christum dolores infernales & flagrantem Dei iram verè sensisse, illosque superasse, nullatenus verò ab illis superatum esse, statuentibus. Quam κατ' ἐυσέβειας διδασκαλίαν ad amussim verbo Dei respondere, dicunt in super Loc. Matth: XXVII. 46. & Marc: XV. 34 ubi Christus à Deo se desertum, è què conspectu ejus se projectum esse conqueritur, quem omnium profundissimum ad inferos fuisse descensum (ad cruciatus nimirum infernales vice omnium damnatorum *Esa: LIII. digitum intendens*)*

B. sta-

B. statuit Hunnius. Marc. XIV. 33. 34. *καρπὸς ἰσθμῶν βεβαίωσεν καὶ ἀδημονῶν, & fuit anima eius περίλυπος ἕως θανάτου* Matth. XXVI. 37. *ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.* Luc: XXII. 44. *ubi in ἀγωνία constituto sudorem sanguineum guttatim in terram decedentem animæ anxietas extrusit.* Psalm. XVIII. 5. 6. & Pl. CXVI. 3. David sub personâ Christi conqueritur: *Circumdederunt me dolores mortis, & angustia inferni invenerunt me* Gal. III. 13. *Christum maledictum pro nobis factus dicitur.* Omnis autem maledictus gravem Dei iram & iudicium persentiscit.

§. XVIII. Hic Adversarii, convicti, infirmiores esse argumentationes suas, quàm ut expressissimæ Scripturarum S. literæ contrarium obtinere queant, concedunt quidem, animam Christi fuisse tristem, verùm idè tantùm, quoniam mentem in externa tormenta, sputum sc. flagellum, crucem & mortem defixerit, non verò propterea, quod iudicium Dei irascentis peccatis nostris in ipsum coniectis, infernalesque cruciatus persensisset. Ast vana hæc sunt & profana *κρησφύγετα*, ad quæ demolienda hic solus aries suffecerit, quod sc. Redemptor noster summis undique & undique angoribus sollicitatus, tam lamentabili exclamarit voce: *Deus mi, Deus mi ut quid de reliquisti me!* Matth. XXVII. 46. Psalm. XXII. 1. ubi loci nulla mentio externorum cruciatuum, sed solius à Deò derelictionis, quam & ipse Bellarm: agnoscit. Jam nullæ poenarum infernalium major esse potest, quàm à Deò deferi, & clamantem ad tempus non exaudiri. Huic sententiæ ut plus lucis affundatur, sequentes rationes adjicimus (1) Quod si omnia peccata Christo sunt imputata, omnes etiam peccato promeritæ poenæ ipsi imputatæ erunt; quas inter principem locum ira Dei & infernales cruciatus sibi vendicant. (2) si plenissimè pro nobis satisfecit, omnes quoque poenas & cruciatus nostros sustinuerit necesse est (3) Si Christus non sensit iram Dei, infernique dolores, peccata nostra vere pertulisse, dici non poterit; sunt enim infernales cruciatus peccatorum nostrorum necessarium consequens.

§. XIX. Possent hic agnoscere veritatis lucem Bellarminus, si vellet, ne tamen erroris adeò grandis convinceretur, cum turpe sit Doctori tam eximio, hæc si culpa redarguat ipsum, mavult stadium semel ingressu, fortiter decurrere, quam inire novam regressus

gressus viam, seq; agnitis erroribus, ad veritatis thronum supplicem sistere. Hinc, cum nihil habeat, quod è S Literis contra orthodoxum nostrum assertum producat, aliò probabilitatis fucò fallere nos satagit, dum multas ex hâc doctrinâ nostrâ, & blasphemias absurditates sequi, vociferatur. Sic enim ille: *Si Christus pœnas damnatorum, & dolores infernales pertulit, tum & desperavit. Consequens est impium, impium ergò & Antecedens.* Consequentiam, probat, *quia pœna damnatorum essentialiter includit desperationem.* Respond. (1) ad Major: Nullam militare rationem consequentis, quod ex propriâ Bellarm: confessione, quæ est instar probatæ probationis, demonstrari potest, dum *lib: 2. depurgator. cap: 3. 10. 14.* contendit, *animas in purgatorio manentes, pœnas subire atrocissimas in igne infernali, sine ullâ desperatione.* An igitur misellæ istæ animæ tantas pœnas, spe suâ salvâ, ferre poterunt, & non poterit Christus? (2) Distingv. inter dolores infernales, quorum alii à Deò, ut justò Judice infliguntur, tanquam *pœnæ peccati*; alii *ex propriâ conscientie sceleratæ morsu & cruciatu* oriuntur, quos inter est *blasphematio & desperatio.* Cum jam non hos, sed illos tantùm Christum sustinuisse, asseramus, nullò modò ex sententiâ nostrâ extorqueri potest, Christû aut desperasse, aut blasphemâsse. (3) Dein, aliud est *desperare*, aliud, *desperatorum ac damnatorum supplicium sustinere, illudquæ vincere.* Hoc Christo tribui potest, non illud. Omnis enim desperans infernalibus pœnis succumbit, Christus verò superando vicit, non succumbendo defecit; *quoniam enim circumcinctus erat virtute Altissimi*, ut ait Athanasius, *potuit mortem illam sustinere, atq; omnem vim adversam, Deoq; laudem justitiæ tribuere.* Cl. Andreas Rivetus ad hanc Bellarm: instantiam sic regerit Tom: 2. Operum. Theol: comment: in Pf: XXII. p. 104. Col. 1. *Notandum, damnationu pœnas esse vel à causâ externâ, vel ab internâ, vel ab utraq; simul. Ab internâ causâ, vel ab utraq; simul, sunt pœnæ, quæ peccatum secum conjunctum habent, in eò, qui damnatur, inherens. In Christo integra puraq; fuit natura, quæ nihil potuit pati detestabile, vel quod culpam inferret: Neque igitur desperationem, neque vermem, neque conscientie redargutionem, & similia. Aliæ verò, quæ à causâ externâ, & simpliciter pœnæ sunt, nec peccatum connotant, verè sustinuit Christus, & devicit. Neq; id indignum fuit Sponsore nostrò, etsi in se ab omni condemnationis causâ fuerit alienus.*

C

§.XX. Aliam

§. XX. Aliam insuper blasphemam absurditatem ex hyp-
thesi nostrâ deducere allaborat, dum inquit: *Si Christus idè, quia*
correctio pacis nostræ super eum, debuit pœnas infernales luere, tum in
æternum gehennæ cruciatus, & infinitum pœnarum numerum perpeti de-
buit. Consequens est absurdum. E. & Antecedens. Resp: ad Major. (1)
Consequentiam esse nullam. Verùm enim verò, si nudus homo
fuiſſet Redemptor noster, inferret aliquid illa consequentia; At,
cum ipse Dominus gloria pro nobis sit crucifixus, Deusq; ipse proprio san-
guine nos acquisiverit, ut vult Scripturâ, quid mirum? si unica obla-
tione in consummatione seculorum, pro peccatis factâ, consummavit in-
perpetuum eos, qui sanctificantur. Hebr. X. 14. (2) Distingui-
mus inter infernalium cruciatuum quidditatem, & inter eorundem adjunctum seu
circumstantiam. Duratio interminabilis, seu, quod idem est, æter-
nitas, ordinariè quidem dolores infernales comitatur, ut circum-
stantia quædam & adjunctum, ab essentiâ tamen illorum reverâ
separari potest, sic, ut dolores tolerari possint, etiamsi in omnem
æternitatem non tolerentur. Nulla igitur est consequentia: Si
Christus cruciatus infernales nostrò locò esset perpeſſus, obstri-
ctus fuisset, ut æternùm in infernò permaneret. Licet enim *extensivè*
eos non sustinuerit, nihil tamen obstat, quò minus *intensivè* eos to-
lerasse sit dicendus, cum & pretiositas personæ, quæ erat æternus
Deus Rom. IX. 6. & excellentia summè singularis & singulariter
summa ipsius pretii, quod ipsum & fuit, & est æternum Hebr. X.
14. facilè compensaret id, quod deerat durationis æternitati.

§. XXI. Plura quidem congeſſit Bellarminus argumenta,
quibus orthodoxiam de REDEMPTIONE it oppugnatum (quò
etiam relatos volumus Francisc. Stanckarum, olim in Acad. Regio-
mont. Hebrææ Lingv. Professorè, natione Mantuanū, in cujus errore
propugnandò tam strenuum sese geſſit Bellarminus defensorem; &
Andr. Osiandrum, in contrarium absurditatis lapidem apertè im-
pingentem) quæ tamen, brevitatis amantes, lubentes præterimus,
rati, non tanti ea, quæ proferre solent, esse, ut nobis negotii hic
quicquam faceſſere queant. Alia verò, in scriptis Pontificiorum
occurentia, quibus Articulus hic oppugnari videatur, tanta futura
nobis non perſuademus, quin ex superioribus facili labore possint
explicari.

MEM-

MEMBRUM II.

Sistens aliquot errores CALVINIANORUM, circa opus REDEMPTIONIS, factum per CHRISTUM.

§. XXII. Expedivimus hactenus nonnullas controversias, quas in præsentè Articulò erroribus suis substernunt Pontificii; Nunc operæ pretium erit, ut, habitâ ratione in principiò propositæ Methodi, evitandæ tædiosæ prolixitatis ergò, *Δὲ Βεγαλίω* ad eorum examen nos accingamus, quibus Calvinii, ejusdemque Complicum sequaces, profundè nimis sunt immerfi. Verè enim illis usu venit, quod vulgatum illud Hebræorum intendit: *על וער כון שבשה*, Error, ubi semel ingressus est, progreditur; moxquè inexplicabile inconvenientiarum trahit agmen, *ὡς ψεκάδες ὄμβρον γενῶσι.*

§. XXIII. Horum Errorum scaturigo, meritò haberi possunt falsæ ac impiæ, quas de REDEMPTIONIS opere conceperunt opiniones, ex quibus, tanquàm amarissimò desperationis fonte, errores quamplures alii, fœditate ac impietate nihilo leviores, quasi rivuli emanarunt. Audiamus ipsos Calvinianos, ut ex scriptis eorum, quanti inæstimabile hoc Redemptionis beneficium, faciant, quòquè locò reponant, intelligamus. Præterquàm enim, quod mortì Christi efficaciam & meritum suum detrahant, sacra quoq; Scripturæ, & sic ipsi Spiritui S. manifestè contradicere non erubescunt Dicit Scriptura 1. Joh. II, 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris autem tantum, sed etiā pro totius mundi* 1. Tim. II. 6. *Christus dedit semetipsum Redemptionem pro OMNIBUS.* 2. Cor. V. 15. *Unus pro OMNIBUS mortuus fuit.* Quæ & alia benè multa Scripturæ oracula Christum non aliquos saltim, sed OMNES omninò homines redemisse inculcant. Calviniani contrà nervosissimis his Scripturæ dictis contraria defendere non verentur, quod omnia illorum scripta, si evolvantur, *ὁ Φαλμοφανερῶς* demonstrabunt. Sic Beza Resp. 2. ad acta Colloqv. Momp. p. 194. *Nunquam, ait, tempus fuisse, vel esse, vel futurum esse, quò Deus voluerit, velit, aut volurus sit, omnium misereri* Piscat. Herborn: Disp. de prædest. Th. 3.

Non pro singulis mortuus est Christus, sed tantum pro aliquibus. Bucan: in Loc: de Prædest: qv. 22. Christus nec Pharaonis, nec Judæ, nec Caiphæ, nec Herodis, nec Juliani Redemptor est, pro quibus nec mortuus est.

§. XXIV. Quæcunq; tandem Calvinianorum scripta volvas, revolvās, nihil in illis videbis tritius, quàm solorum ELECTORUM Redemptorem esse Christum, undè crebri hi apud illos sermones. Christo Salvatori nuquam in mentem venisse. Martin: de sacr: mand: p. 83. Nunquam propositum fuisse. Piscat. in c. 2. 1. ad Tim: observ: ad n. 6. nec placuisse unquam, Bucan. Loc: 36 qv: 23. Keckerman: lib: 3. Syst: Theol: c. 4. p. 341. pro peccatis totius mundi pati. Falsum esse, dicere, Christum omnibus datum esse Redemptorem, cum Judæ non sit, Pharaonis non sit, & in summâ, omnium desperantium & damnatorum. Bened: Aretius in Problem: Theol. Loc. 6. p. m. 37. sed à Deo tantum missum esse ad Redemptionem Electorum. Polan. part: 2. Th: 226. Bucan; Loc: 36. qv: 30. Grynæus Clas: 1. Disp: de orthod. fid: Th: 12. 13. Brouckerus in antidot: Errorum p. 48. Col: B. Christum esse tantum Semi Redemptorem, blasphemè nimis Perkinus lib: de prædest: p. 73. Undè vocem intolerabilem esse putant Beza in Colloqv: Mompel: p. 421. vocem falsam, blasphemam & impiam, idem Beza Resp: ad acta. p. 221. errorem gravissimum. Toffanus in Disp: Heidelberg: Anno 1589. habitâ, thes. 20. si dicamus, Christum pro omnibus esse mortuum. Cui etiam opinioni calculum apponit suum Gisbertus Voëtius Theologus in Acad. Ultraject. part. 2. Disp. Theol. p. m. 252. Sunt, inquit loc: cit; qui nullam universalitatem Meriti Christi admittunt, sed distinctè determinant, Christum pro solis salvandis mortuum, iusq; meritum esse; pro reliquis nec sufficienter, nec efficaciter mortuum esse, quippè nullò modò pro eis mortuum, nihilq; locò ipsorum meritum esse; quippè qui vices eorum nullâ in re sustinuerit, nec ex intentione Dei ipsis datus Sponsor, nec illi vicissim ipsi dati sint. Quam sententiam solidè evincunt Amesius & Gomarus supra laudati, aliique Remonstrantium, Lutheranorum, & novæ Methodi Antagonistæ. Ex quibus perspicuum est, ne latum quidem unguem discedere Voëtium à sententiâ Calvinianorum supra allegatorum, sicq; in eadem versari opinione, quâ ita constringunt Redemptionis nostræ valorem, ut nullò planè modò omnibus hominibus prodesse queat.

§. XXV. Quis verò non videt, falsitatem hujus sententiæ clarior-

clariorem esse, quàm dies meridianus, cum è regione toti salutis doctrina sit contraria. Undè eam jure meritò, tanquàm blasphemam, auribusq; Christianis prorsus intolerabilem, rejicimus, immoti tenentes, Christum universaliter pro OMNIBUS & SINGULIS hominibus Legem Dei implevisse, passum & mortuum esse, sicquè cunctos, non tantùm ELECTOS, verùm etiam REPROBOS redemisse, & sempiternam ipsis acquisivisse salutem. Agnoverunt id ipsi Adversarii, veritatis viribus convicti Sic Wolfgang. Musculus L. C. Loc. de Redempt: G. H. p. 152. notanter: *Scimus, non omnes Redemptionis hujus fieri participes, verùm illorum perditio, qui non servantur, haud quaquam impedit, quò minus universalis vocetur Redemptio, que non est uni genti, sed TOTI MUNDO destinata.* Convenientissimè porrò hæc illustrat tribus similibus, petitis (i mō) à telluris resolutione, omnia ad germinandum æstate promovente (2 dō) à sole, generali totius orbis illuminatore (3 tō) à generali omnium servorum liberatione, à Judæis annò Jubilæo concessa; quæ prolixius & gratius ex ipsò Autore petentur. Petr: Martyr L. C. suprâ Philip. 2. p. m. 1042. *Datum est pretium pro totò mundò, & nisi fuisset melius totò mundò, non redemisset mundum* Et paulò post: *Christus patiebatur pro multis malis & ingratis, quibus mors illi non erat profutura* Rudolph. Gvalther: supr. i. Joh II. *Procul secessant omnes cogitationes, que Meritum Christi ad paucos tantùm extendi, persuadere conantur. Johannes enim Christum propitiationem esse dicit pro totius mundi peccatis.* MUNDI vocabulò uti voluit, ne ALIQUEM à Christi meritò exclusum putarem.

§. XXVI. Quodsi jam cœteri Calviniani, horum, sectæ suæ præcipuorum ferè Antistitum, vestigiis insistere, quosque in omnibus aliis principes Ductores sequuntur, & hic comitari velent, haberent certè, quò sibi de salutari Orthodoxyâ gratulari quirent, cum id autem effectui dare, ne per somnium quidem sibi imaginentur, sed iis ipsis erroribus, ab ejusdem farinae Antecessoribus tam avidè haustis, ad eò mordicus insistant, ut extrema potius tentare, quàm ab illis secessionem facere velint; hinc nobis incumbit, ut ipsam Scripturam S, quam Deus velut Ariadnam aliquam, cujus ductu, tanquàm certissimò filò, per flexuosos Hæreticorum errores, salvi & incolumes ambulare possumus, nobis largitus est, falsis eorum ratiunculis ex adversò opponamus.

§. XXVII. Sunt autem ponderosa Divini verbi testimonia, quibus non solum acquisitio Redemptionis, sed & fructus ejusdem ratione Divinae intentionis (I) ad OMNES & SINGULOS HOMINES extenditur, ut Esa. LIII. 9. OMNES nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum. Quem locum satis commodè exponit Grauer: in polem: sacr. cap 5. §. 57. Dicitur non potest, per particulam OMNIUM hic non intelligi singulos generum, sed genera singulorum, i. e. tantum Electos: Nam prius membrum hujus dicti id non patitur, aliàs sequeretur, tantum Electos errasse, & propter eandem causam per vocab: OVES, quod tantum declarationis causâ additur, nec describit subiectum, sed prædicatum ERRAVIMUS, non tantum Electi intelliguntur, sed & reprobi &c. Hebr. II. 9. Pro OMNIBUS gustavit mortem. i. Tim. IV. 10. Christus est Salvator OMNIUM hominum, maxime autem fidelium. Joh. I. 9. Erat lux vera, quæ illuminat OMNEM hominem, venientem in hunc mundum. Col. I. 19. 20. Complicuit Deo per eum (sc Christum Redemptorem) reconciliari OMNIA in ipso, pacificans per sanguinem crucis ejus OMNIA, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt. Rom: VIII. 32. Deus non peperit proprio Filio, sed pro nobis OMNIBUS tradidit illum. Joh. XII. 32. Ego, si exaltatus fuero è terrâ, OMNES traham ad meipsum. Tit. II. 11. Apparuit gratia Dei salutifera OMNIBUS hominibus. Huc quoque refer testimonia illa, quæ §. XXIII. allegantur.

§. XXVIII. (II) Ex dictis, in quibus ad TOTVM MUNDUM refertur Joh: I. 29. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata MUNDI. Joh. III. 16. 17. Sic Deus dilexit MUNDUM &c. Joh. IV. 42. Ipsi audivimus & scimus, hunc esse verè servatorem MUNDI. Christum. à 1. Joh: IV. 14. Misit Pater Filium Salvatorem MUNDI. i. Joh. II. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius MUNDI. Joh. VI. 51. Panis, quem ego dabo, caro mea est, quem ego dabo pro MUNDI vitâ. Conf. v. 33. ejusd. cap. & cap. VIII. 12. c. IX 5. Joh XII. 47. Non veni, ut judicem mundum, sed ut salvificem MUNDUM. Conf. 2. Cor: V. 19.

§. XXIX. (III) Ex dictis, quæ mortuum esse Christum asserunt pro REPROBIS & propriâ culpâ pereuntibus. i. Cor. VIII. 1. & peribit infirmus in tuâ scientiâ frater, propter quem Christus mortuus est. 2. Petr. II: 1. In vobis erunt magistri mendaces, qui introdu-

roducent *sectas perditionis*, & eum, qui emir eos, Dominum negant. Joh: XV. v. 1. 2. Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est; Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum. Quò locò luculenter innuitur, posse aliquos damnari, qui fuerunt veri & genuini palmites, ipsi Christo infiti. 2. Petr: I. 9. Cui hæc (fidei sc. effecta) non præstò sunt, cæcus est, & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Rom. XIV. 15. Ne escà tuà illum perditò pro quò Christus mortuus est. Conf. notatu dignissima Hebr. VI. 4. 5. 6. & cap. X. 29. Quibus adde Reneccium in Panopl: Tom. I. l. c. 3. p. 17. Col: B. & seqq. Hutter: L. C. Art: XXII. Controv: 5. p. 787. Col: A. & seqq. Hornejum Disp. Theol. part: 2. §. 142. & seqq: Graver: in Augult: Conf. Artic: 3. p. 414. Eccard; Fasc: Controversi: cap. 12. quæst: 2. 6. & 7.

§. XXX. Immotis his fundamentis ità constricti Antagonistæ nostri, ut, quò se vertant, quidquè porrò moliantur, nesciant, multas, easq; impias fingunt glossas, quibus, ut aliquid factim egisse videantur, mirum in modum in sensu Scripturæ genuinò depravandò, adq; errores suos palliandos detorquendo, sunt occupati. Quantà verò dexteritate id præstent, quamq; egregiè fallant & fallantur, sequentia perpendenti facile patebit.

§. XXXI. Instant ergò contrà *primæ Classis* testimonia Calviniani, & in specie Andr: Rivetus Theolog: Lugdun Tom. 2. Disp: Theol: 6. de universali Redempt: §. 25. p. 1199. & Disp: 7. de grat. univers. §. 13 ubi urget, particulam OMNIS in Redemptionis negotiò non aliter explicandam, quàm in illis locis Col. I. 23. *Prædicatum est Evangelium omni Creature* Tit. II. II. *Illuxit gratia salutifera omnibus hominibus.* Act. XVII. 30. *Deus omnibus mandat, ut respiciant.* Hisce in Locis putat, voculam OMNIS tantà generalitate non gaudere, ut omne humanum genus involvat, cum quotidiana experientia contrarium edoceat, Evangelium nimirum neq; omni creaturæ prædicatum esse, nec gratiam salutiferam omnibus illuxisse. Verùm enim verò, quis Indis, quis Americanis, quis aliis Barbaris Evangelium annunciavit. Quot populosissimæ regiones fuerunt, quot adhuc sunt, quæ ministeriò atq; præconiò Divini verbi penitus destituuntur?

§. XXXII. Ad hanc Riveti exceptionem reponimus, explanationem ipsius, cum multis in locis Scriptura testetur, O M N I -
BUS

BUS in mundò universò Evangelium esse manifestatum, de viciniâ veritatis longè aberrare; quò enim pes Apostolorum non pervenit, sonus tamen auribus hominum intonuit. Vid. Hülseman. *de auxil. grat. Disp. 1. c. 1. Th. 19.* Hugo Grotius *in annot. ad Matth. c. 24 v. 39 p. m. 425.* Reneccius Panopl. *Tom. 3. c. 3. p. 21.* Eccard: *Fase; Controvers. cap. 9. & c. 12. quest. 8.* Pro confirmandâ sententiâ nostrâ militant quoquè sequentia S. Scripturæ testimonia. Esa: XLIX. 6. Col. I. 23. in quibus Evangelium prædicatum esse dicitur *πάντη τῆ κτίσει, τῆ ἰσοδὸν τὸν ἔθρον.* Psalm: XIX. 5. Rom: X. 18. ubi Apostolus graviter invehitur in eos, qui causantur, se Christi verbum non audivisse; quam excusationem nullam esse docet, dum indignabundus interrogat: *Sed, nunquid non audierunt?* Equidem, respondet, *in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ (τῆς οὐκ ἐμένης, i. e. ubi ubi modò incolis habitabatur) verba eorum.* Act: XVII. 30. 1. Tim: II. 4. ubi *quosvis homines vult servari, & ἕως ἴσθ' ἴγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν.* In quem locum appositè commentatur D. Jacob. Andræ: *Professò,* inquit, *sparsa est fama de verâ Religione (tam in V. quam in N. T.) ut gentes non fuerint excusate, quod veram religionem non didicerint; Nam etiam antè Christi adventum multi ex Gentibus (ex longinquis regionibus) Hierosolymam profecti sunt, ut ibi Deum sincerè colerent.* Horum testimoniorum clarissimam veritatem cum everterit Riverus, demonstraveritq̃, literalem sensum orthodoxiæ contrariari, lubentes in sententiam ejus ibimus; quod, cum ipsi factu impossibile, impossibile quoquè est, ut nos, limpidissimis Scripturæ fontibus relictis, ad foetidâ explicationum Calvinisticarum paludes prolabamur.

§. XXXIII. Nec quicquam hic valet Sophisma Calvinianorum, quò voculam hanc universalem non ad *singula generum*, i. e. omnes homines, sed ad *genera singulorum* seu certos aliquos ex omni hominum genere, gente, & ordine restringunt, quod probare intendunt ex *Jerem: XXXI. 34 Matth. III. 5. Luc. VI. 26. & cap: XI. 4. cap: XXI. 17. 1. Cor: XII 6.* Petr. Martyr: *L. C. class. 3. c. 1. §. 45.* Rivetus *Tom: 2. Oper. Theol: Disp: 7. de grat. univers. p. m. 1171. §. 7.* Petrus Ravanellus *in Biblioth: sac. Voce Omnium, Bucanus Loc: 36. qv: 28. p. 428.* Positò enim, non tamen concessò, vocem OMNIS citatis

tatis in loc. *genera singulorum* significare, exinde statim non procedit: Particula OMNIS quandoque sic coarctanda, ergò etiam hoc in locò. Hinc, non obstante, quod vocula OMNIS in Scripturâ nonnunquam tantum *genera singulorum* complectatur, hic omninò per illam intelligendi sunt *omnes & singuli homines, seu singula generum, non genera singulorum*, ut volunt Calviniani. Deinde, si accuratè loquendum, non demonstrabunt Adversarii, Vocem OMNIS in citatis Textib. præcisè genera singulorum notare; cum duntaxat *συνεχδοχικῶς*, more, Scripturæ usitatissimò, accipiatur pro *aliquibus*, sic ut totum pro parte pro Synecdochen sumatur.

§. XXXIV. Adversus *secundæ Classis* testimonia nihil habent, quod opponant, nisi veterem istum coccysum, per *mundum* notari tantum *Electos, non universos homines*; Patet id ex Zanchiò 1. *Miscell.*: p. 220. ubi *Christum esse*, inquit, *propitiationem pro totius MUNDI peccatis, ita intelligendum est, ut vocabulum MUNDI pro optimâ Mundi parte, h. e. Electis accipiatur*; & Ravanellò *part. 2. Bibl. Sacr. sub V. Mundus, p. 119.* Sed fallam hanc esse subtilitatem, agnoscit ipse Musculus Calvinianus *L.C. Tit. de Redempt. p. 142.* ubi per *Mundum univèrsam, Omnes totius orbis nationes, cunctos homines, à primò usq; ad novissimū, vult intellectos.* Solus porrò Textus, qui legitur 1. Joh. II. 2. omnes eorum argutias falsitatis convincit, dum nullò modò concedit, ut quis per *mundum, συνεχδοχικῶς* meliorem mundi partem, videlicet solos Electos intelligat; quem in finem Spiritus S. collectivò terminò & univèrsali enunciatò non contentus, divisionem adjungit, dum ait: *Christus non pro nostris, (puta, piorum ac fidelium) tantum, sed totius etiam Mundi peccatis est propitiatio.* Hic impossibile est, per MUNDUM solos Electos intelligi, cum h. m. absurda *πυρρολογία* evitari haud posset, quâ aureum hoc Apostoli dictum idem sonaret, quàm, Christum non tantum pro Electis, sed etiam pro Electis mortuum esse. Vid. Graver. in *Polem. Sacr. c. 5. §. 57. p. 260. sub fin.* Eccard. *Fasc. Contr. cap. 12. quæst. 6.*

§. XXXV. Deinde, producant, amabo, Calviniani, vel apicem Scripturæ, qui per *Mundum* Electos notari doceat; Equidem scimus, vocabulum MUNDI *ἐκ τῶν πολλῶν λεγομένων* esse, & sumi in Scriptura (α) pro *systemate cæli & terræ* Joh. I. 10. Hebr. XI. 3. (β) pro *grege reproborum* Joh. I. 10. in fin. vers. & cap. VII. 7. c. XII. 31. c. XIV. 17, 30. c. XV. 18. 19. c. XVI. 11, 20. c. XVII. 9, 25, 1. Cor. I. 27, 28. c. VI. 2. c. XI. 32. Eph. II. 2. Hebr. XI. 7, 38. 1. Joh. III. 1, 13. & cap. IV. 4. c. V. 19. 2. Petr. II. 5. (γ) pro *mundanâ conditione & conversatione* 1. Cor. VII. 31. Rom. XII. 2. (δ) pro *totò genere humanò, quâ peccatis*

D

obno-

obnoxio Joh. XVII. 12. c. I. 29. c. 3. 16. & passim alibi. Quod verò pro solis Electis ponatur, in Scripturâ nunquam & nusquam reperimus. Proferunt equidem v. 21. & 23. cap. XVII. Joh. ubi Christum orare ajunt, *ut Mundus cognoscat, & credat, se à Patre cœlesti esse missum*, hîcque putant, *Mundum* Electos denotare, sic argumentantes: Per quodcunque intelliguntur illi, qui credunt & cognoscunt, Christum à Patre suò cœlesti esse missum, per id intelliguntur Electi. Atqui per Mundum h. l. intelliguntur illi, qui credunt &c. E. per Mundum h. l. intelliguntur Electi. Resp. simpliciter neg. Minorem, opponimusque ipsum *Calvinum*, hunc locum ità explicantem *comment. in Evangel. Joh. p. m. 568. Quidam Mundum exponunt Electos, qui tunc adhuc erant dispersi, sed quia totò hâc Capite Mundi nomen pro Reprobis accipitur, magis in diversam sententiam reclino.* Accedit, quod continuò post, *MUNDUM*, cujus nunc meminit, ab omnibus suis separet. Videant igitur Calviniani, quomodo cum Antesignanò suò & ipsâ veritate in gratiam redeant, Conf. Gerhard. L. C. Tom. 2. cap. 5. de Elect. & Reprob. §. 120.

§. XXXVI. *Tertiam Classem* sic aggrediuntur, ut pro impiò suò *ἡ ἀνομία* statuminando (1) aliquot Scripturæ dicta corradant, quæ non agunt de ipsâ Redemptione & Meritò Christi, sed ejusdem fructu & applicatione. Ut ut enim sciamus, & liberaliter concedamus, Redemptionem Christi tantum fidelibus prodesse, solisque fidelibus fructum ejus applicari, ex his tamen elici non potest, Redemptionis fructum non esse omnibus comparatum, ea propter, quod ipsis ob incredulitatem suam non applicetur. (2) Alia scripturæ testimonia adhibent, in quibus docetur, *Christum factum autorem æternæ salutis, omnibus, qui auscultant ipsi* Hebr. V. 9 *animam posuisse pro ovibus*, Joh. X. 11. *exposuisse se pro Ecclesiâ*, Eph. 5. 25. *mortuum esse pro iis, qui non sibi vivunt*, 2. Cor. 5. 15. *reconciliasse, servasse, expiasse, liberavisse, justificasse & sanctificasse populum suum*. Matth. I. 21. Hebr. II. 14. *filios* Hebr. II. 10. *Ecclesiam* Act. XX. 28. *Electos*. Rom. VIII. 33. *Fratres*. Hebr. II. 17. Non ergò reprobos, & propriâ culpâ pereuntes. Evolv. Ravanell. *Bibl. sacr. part. 3. V. Mors. p. 105. col. B.* Verùm hæc argumentatio parùm aut nihil evincit; Eadem enim facilitate, quâ admissa ab Adversariis est, à nobis rejicitur. Hinc Resp. (a) Positionem unius non statim esse exclusionem alterius. Nec sequitur: Christus pro ovibus, pro populò suò, pro Ecclesia &c. mortuus est, E. pro nullis aliis, (c) Aërem verberant, dum non nostram sententiam, sed suum figmentum oppugnant: Non enim unquam negatum ivimus, quod Ecclesiam sanguine suò acquisiverit, Electos redemerit, sed, quod pro illis solis sit mortuus, nixi firmissimis Scripturæ testimoniis, pernegamus. (γ) Quod si procederet hæc argumen-

gumentatio: Christus est mortuus pro oibus seu fidelibus, Ergò non pro a-
 liis & infidelibus; Quid obstat, quò minus universalis omnium resurrectio eò-
 dem modò impugnari ac everti possit? Argumentor: Fideles resurgent, E.
 infideles non resurgent. *ἀνομιαν*. Noverint itaque, ab inclusivâ ad exclusivam
 N. V. C(3) Absurdum ex sententiâ nostrâ elicere cupiunt, quasi indè infallibiliter
 sequatur, passionem & Redemptionem Christi, respectu reproborum, otiosam
 fuisse & irritam, quod tamen asserere sit impium. Resp: Putare
 hoc quidem Calvinianos, sed malè. Licet enim passio Christi nihil contu-
 lerit impiis, si actum salvationis spectemus, ob id, quod credere noluerint,
 non tamen exindè colligitur, prorsus otiosam fuisse. Eò quippe, quod ser-
 monem veritatis de promissò Messîâ & Redemptore non receperunt, eorum
 poenâ sunt cumulata, omnis excusationis causâ est præcisâ, Christusque
 suò iudiciò ipsis iustissimus Iudex extirrit. Deindè, reponant quæso, si quid
 habent, ad emphatica illa Apostoli verba. 2. Cor: VI. 1. *adjuvantes autem ex-
 hortamur, ne frustrâ gratiam Dei receperitis*. Quamvis igitur ratione effecti,
 s. Redemptionis Generis humani, frustratio concedenda non sit, ratione
 tamen fruitionis illius effecti, nihil metuendû, quò minus ea concedatur. Vid
 Dn. D. Henr. Müllerus in *Jesu patient: p. m. 8. circ. fin.*

§. XXXVII. Nec magis deploratam illorum juvat causam, quod Scriptura
 asserat, *Christum pro multis esse mortuum*. Ravanell: *Bibl: sacr: part: 2. p. 105. in V. Mors. &*
pag: 117. in V. Multus, cum nihil sit notius, quàm hanc vocem MULTVS sapiusculè in
 8. Codice idem significare, quod OMNIS. Dan: XII. 2. collatus cum Joh: V. 28. Addu-
 cunt Rom: V. 19. voluntquè, expressè ibi doceri, non OMNES, sed MULTOS tantùm,
 secundùm ipsam Textus literam, justos constitui. At, si connexio verborum inspi-
 ciatur, suâ spontè Calvinianorum detorta acceptio expirat. Agedum, adducamus ipsa
 Pauli verba: *Sicut, ait, per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt MUL-
 TI, itâ & per unius obedientiam iusti constituentur MVLTII*. Ex quibus sic concludimus:
 Atqui MVLTII isti, qui per Adami lapsum constituti sunt peccatores, sunt omnes ho-
 mines. E. quoque MULTI illi, qui per unius obedientiam constituti sunt iusti, sunt
 OMNES homines. Reliqua loca, quæ afferunt, utpotè *Esa: LIII. 12. conf. cum 6. 6.*
ejusd: cap: Matth: XX. 28. cum 1. Tim: II. 6. sic omnes difficultas in fumum ibit.

§. XXXVIII. Constricti itâ Adversarii, veritatis perspicuitate, quidam eorum
 ad latebras confugiunt, asyllum quærentes in distinctione usitatissimâ, quâ Christum
 sufficienter quidem pro peccatis totius mundi, non tamen efficienter mortuum esse, as-
 serunt. Itâ Rivetus *Tom: II. Oper: Theolog: Diss: VI. de Redempt: s. 20. Cum Scriptura dicat,*
Christum pro Omnibus mortuum esse, id etiam nobis agnoscendum est; Sed ad suffici-
entiam pretii referendum. Bucan: *L. Theol: 36. qu. 23. Sufficiens pro Omnibus, ajunt scho-*
lae, sed efficienter tantùm pro Electis & fidelibus. Verùm, non placet ea præcipuis Calvi-
 nianæ cathedræ Doctoribus; quare Calvinus scribit: *Meritum Christi, si strictè Dei ju-*
dicio

141
dicio opponatur, non esse sufficiens. & Piscator alicubi dicit, eam speciem quidam habere eruditionis, sed esse revera ineptam. Gisbert: quoque Voetius part: 2. Dissp: Theol: problem: de Merit: Christi part: 2. p. 253. ait, ἀκυρολογίαν esse, imò contradictionem implicare distinctionem illam: Pro omnibus sufficienter, pro Electis efficienter. Resp. Admitti quidem optimò jure hanc distinctionem posse, siquidem Ecclesia orthodoxa jam olim eà est usa, minimè tamen in eà significatione, quà tanquam erroris tegumentò, Calviniani abutuntur. Quoties enim eam adhibent, nihil aliud intellectum volunt, quàm morti Christi non quidem deesse valorem redimendi omnes homines, si ad hoc à Deò destinata fuisset: Sed quia hanc voluntatem & consilium Deus nunquam in animum suum induxerit, ut loquitur Grynæus, idèd nec Christum pro omnium peccatis efficaciter mortuum esse. Nos autem, Christum pro Omnibus efficienter mortuum esse, & omnes redemisse, statuentes, nihil aliud dicim9, quàm, nò OMNES Redemptoris λύτρον sibi applicare, licet sufficientissimè pro Omnibus sit acquisitum. Vid. Leonart. Hutter. Iren. verò Christian. c. 29. Artic. 1. ad quem, feliciter sub incudem refutationis vocantem, quæcunque cum veritate hujus Articuli pugnancia adhuc occurrunt, benevolum Lectorem remittimus, solum hic abruptentes.

REDEMPTORI verò nostro JESU CHRISTO, qui nos redemit
pretiosò suò sanguine, sit

LAUS, HONOR ET GLORIA!



Ad Præstantissimum DN. RESPONDENTEM.


Magna REDEMPTORI debetur gratia, magna
Gloria, quà quicquam deminuisse nefas.
Tu, RASTI, das signa tuæ pulcherrima mentis,
Atque Redemptori solvis in orbe decus,
Dum Salvatori (a) palmæ defendis honores,
In plausus veniet terra polusque tuos.

(a) Cic. act. 2. in Verrem de jurisd. Sicil. Verrem non solum Patronum istius insule: sed etiam SOTERA inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ità magnum, ut Latino uno verbo non exprimi possit. Is est nimirum SOTER, qui salutem dedit.

Celerr. cum votò

AUGUSTUS VARENIUS.





argumentatio: Christus est mortuus pro ovibus seu
 liis & infidelibus; Quid obstat, quò minus universa
 dem modò impugnari ac everti possit? Argume
 infideles non resurgent. *27701*. Noverint itaque
 N. V. C(3) Absurdum ex sententiâ nostrâ elicere cup
 sequatur, passionem & Redemptionem Christi, resp
 fuisse & irritam, quod tamen asserere fit i
 hoc quidem Calvinianos, sed malè. Licet enim
 lerit impiis, si actum salvationis spectemus, ob id
 non tamen exindè colligitur, prorsus otiosam fui
 monem veritatis de promissò Messia & Redempto
 poenæ sunt cumulatae, omnis excusationis causa
 suò iudiciò ipsi iustissimus Iudex extitit. Deinde
 habent, ad emphatica illa Apostoli verba, 2. Cor.
hortamur, ne frustra gratiam Dei receperitis. Quar
 f. Redemptionis Generis humani, frustratio con
 tamen fruitionis illius effecti, nihil metuendû, qu
 Dn. D. Henr. Müllerus in *Jesu patient: p. m. 8. circ.*

§. XXXVII. Nec magis deploraram illorum ju
 asserat, *Christum pro multis esse mortuum*. Ravanell: *Bibl.*
pag: 117. in V. Multus, cum nihil sit notius, quàm hanc
 8. Codice idem significare, quod OMNIS. Dan: *XI. 2.*
 cunt Rom: V. 19. voluntquè, expressè ibi doceri, non O
 secundum ipsam Textus literam, iustos constitui. A
 ciatur, suâ spontè Calvinianorum detorta acceptio ex
 Pauli verba: *Sicut, ait, per inobedientiam unius homini*
TI, ita & per unius obedientiam iusti constituentur MVL
Atqui MVLTI isti, qui per Adami lapsum constituti s
 mines. E. quoque MULTI illi, qui per unius obedièn
 OMNES homines. Reliqua loca, quæ afferunt, utp
ejusd: cap: Matth: XX. 28. cum 1. Tim: II. 6. sic omnes di

§. XXXVIII. Constricti ita Adversarii, veritati
 ad latebras confugiunt, asylum quærentes in distincti
 sufficienter quidem pro peccatis totius mundi, non tam
 ferunt. Ità Riverus *Tom: II. Oper: Theolog: Diss: VI. de*
cat, Christum pro Omnibus mortuum esse, id etiam nobis
entiam pretii referendum. Bucan; *L. Theol: 36. qu. 23. Suf*
le, sed efficienter tantum pro Electis & fidelibus. Verùm,
 nianæ cathedræ Doctoribus; quare Calvinus scribit:

non pro a
 surrectio eò
 resurgent, E.
 d exclusivam
 infallibiliter
 rum, otiosam
 p: Putare,
 nihil contu
 e noluerint,
 e, quod ser
 runt, eorum
 Christusque
 uaso, si quid
 tes autem ex
 tione effecti,
 sit, ratione
 cedatur. Vid

mod Scriptura
 5. in V. Mors. &
 S sapiusculè in
 h: V. 28. Addu
 LTOS tantum,
 erborum in spi
 adducamus ipsa
 tituti sunt MUL
 c: concludimus:
 sunt omnes ho
 sunt iusti, sunt
 conf. cum 8. 6.
 m ibit,

quidam eorum
 quâ Christum
 rtuum esse, as
 m Scriptura di
 Sed ad suffici
 bus, ajunt scho
 rapuis Calvi
 s, strictè Dei ju
 dicio

